


 BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS CRACOVENSIS	kat.komp. 59405	Mag. St. Dr.	P
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------	---------------------	---

Scrinis Sebastiani: Quæstiones physicae de anima.



C

A

D

I. N.
C

Phi
c
Pro

CR
1

✠
In Nomine Domini, Amen.

Q U Æ S T I O
P H Y S I C A,

D E
A N I M A,

Sub Felicissimis Auspicijs, 59405 III
Magnifici, Perillustris, & Reverendissimi Domini,

D. M. SEBASTIANI
PISKORSKI,

I. V. Doct. & Profes. Ecclesiarum, Cathedralis Cra-
coviæ: & Collegiatae Wielunen: Canonici, SS.

Omniū Crac: Archidiaconi, Studij Almæ Vni-
versitatis Crac: Procancellarij, & Generalis

R E C T O R I S,



M. SEBASTIANO IELINSKI,

Philos: Doctore, ad Almam Metropolitanam Gnesnen: Ecclesiam Pœni-
tentiario, & Seminarii Præfecto, ibidemq; Moralis Theol: Professore,

Pro loco, in Collegio Minori, Almæ Universitatis Cracoviensis,
Publicè ad Disputandum,

In Augusto DD. Theologorum Lectorio,

P R O P O S I T A.

*Anno animati in melius à Verbo Incarnato mundi 1698.
Die 6. Mensis Septembris.*

CRACOVIAE, Typis Francisci Cezary, S. R. M. ac Illustriss. & Reverendiss: Dñi
Episc. Cracov. Ducis Severiæ; necnon Scholarum Novoduorfc. Typogr.

Q U Æ S T I O
P H Y S I C A,
D E A N I M A.

V Animæ Specie plures, & perfectione specificâ inæquales, corpora, intra eandem Speciem, inæqualis perfectionis, informantes, ipsæ etiam respectu sui, sint intra eandem speciem, in perfectione, tam intrinsecè, quàm extrinsecè inæquales; nec ne?

C O N C L U S I O I.

A Nimæ ut sic, sunt plures Species.

C O R O L L A R I A.

- I. *Anima ut sic, rectè definitur, quòd sit actus primus, corporis Physici Organici, potentia vitam habentis.*
- II. *Divisio quoq; Animæ ut sic, in vegetativam, sensitivam, & Rationalem recta est, & univoca suo modo, cum limitatione.*
- III. *Ex eo, quòd Divisio Animæ ut sic, sit univoca suo modo, & cum limitatione; non est propriè, & rigorosè, Divisio Generis in species; sed tanquam Generis in Species.*
- IV. *Predicta tamen Animæ ut sic Divisio, sumpta secundùm gradus vitæ, vegetativi, sensitivi, & Intellectivi, in ordine ad idem subjectum, ita ut una includat aliam; non est in Species condistinctas.*
- V. *Quando predicta Divisio Animæ, sumpta secundùm gradus vitæ, vegetativi, sensitivi, & Intellectivi, in ordine ad idem subjectum, non dicitur esse in species condistinctas; intelligendum est: quatenus Anima Rationalis, in eodem subjecto, formaliter eminenter, continet vegetativam & sensitivam; per quòd subjecto, predicti gradus vitæ, ab anima Rationali tribuuntur.*

CON-

CONCLUSIO II.

Species Animæ ut sic, sunt inæqualis perfectionis.

COROLLARIA.

- I. Anima sensitiva, perfectior est, quàm vegetativa: & Rationalis, quàm illa utraq.
- II. Etiam Anima sensitiva, in animalibus perfectis, perfectior est; quàm in imperfectis.
- III. Anima perfectior, sive sit in animali perfecto, sive in imperfecto; non solum dicitur continere; sed defacto continet imperfectiorem, solum genericè sumptam.
- IV. Anima perfectior, tam in animali perfecto, quàm in imperfecto, nullo modo, potest continere, Animam imperfectiorem, specificè.
- V. Esto Species Animæ ut sic, sint inæqualis perfectionis; ista tamen inæqualitas, non vitiat univocationem suo modo dictam, & cum Limitatione, Anima in Genere Substantiæ.

CONCLUSIO III.

Quælibet Species Animæ, intra suam latitudinem, plura corpora, inæqualis perfectionis, informat in Individuo.

COROLLARIA.

- I. Dissonat rectæ rationi, sententia eorum; qui tribus Animabus, realiter, & numero, aut specie distinctis, idem vivens animari admittunt.
- II. Nulla ratione, etiam de ordinaria potentia DEI, fieri potest; ut una eademq. Anima, unum corpus informans, in pluribus reperiatur viventibus seu subjectis, illa informando.
- III. Neq. etiam de Absoluta DEI potentia, fieri potest; ut una eademq. Anima, pluribus corporibus successivè infundatur.
- IV. Si de Absoluta DEI Potentia implicat, unam eandemq. Animam pluribus informandis corporibus, infundi successivè; multò magis, eandem immisceri subjectis, extra eandem speciem.
- V. Quid Anima Spiritualis, seu Intellectiva, multiplicetur ad multiplicationem corporum; id contra illius simplicitatem, nihil est.

C O N C L U S I O I V .

A Nimæ, præsertim Intellectivæ, inter se, sunt inæqualis perfecti-
onis, in omnibus individuis, tam intrinsecè, quàm extrinsecè.

C O R O L L A R I A .

- I. Præter perfectionem specificam Animæ Intellectivæ, datur eti-
am Individualis substantialis perfectio.
- II. Non solum Intellectiva, sed sensitiva quoq; & vegetativa, pro-
portionaliter intra suam speciem, habent inæqualitatem Indi-
vidualem perfectionis, tam intrinsecam, quàm extrinsecam.
- III. Quod Anima Intellectiva unius Speciei, sint inæquales extrin-
secè in perfectione, hoc solum illis provenit, ab inæquali corpo-
rum, quæ informant, dispositione.
- IV. Ista inæqualitas extrinseca perfectionis animarum, ab inæqua-
li corporum, quæ informant, dispositione proveniens, dependet
non ab alio; nisi ab Agente, inæqualiter disponente materiam,
ad formam substantialem.
- V. Animæ, CHRISTI Domini, & B. M. Virginis, fuerunt tam
intrinsecè, quàm extrinsecè perfectiores, omni Animâ humanâ.

Ad Majorem DEI Gloriam.



Permissu Magnifici Domini

R E C T O R I S .

24. 11. 31.

i-
è.
i-
o.
i-
n-
o-
1-
et
n,
m
â.

31.

Biblioteka Jagellońska
stdr0009835



